

S. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae voluntatis, innovationis, confirmationis, approbationis, roboris, dispositionis, decreti, executionis, mandati, declarationis, improbationis, annulationis, cassationis, & institutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem. Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo octuagesimo septimo. Quarto Idus Maji, Pontificatus nostri Undecimo.

Subscriptio- nes.

Ego Innocentius Catholicae Ecclesiae Episcopus.



Ego Nicolaus Episcopus Ostiensis Cardinalis Ludovici Decanus. Ego Alderanus Episcopus Portuensis Cardinalis Cybo. Ego Petrus Episcopus Tusulanus Cardinalis Ottobonus.

Sequuntur subscriptiones aliorum DD. Cardinalium.

CLXXXVII.

Confirmantur quaedam Decreta Capituli Generalis Fratrum B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum anno 1686. edita.

Consl. ed. 1687., Apr. 19., P. II. extat Decretum de pecuniis mutuo accipiendis a Superioribus. Et Inn. XII. Consl. ed. 1691., Decem. 7., P. I. confirmantur Consl. Ordinis.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Militantis Ecclesiae regimini per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam, nullo licet meritum nostrorum suffragio, praesidentes, eaque pro felici, prosperoque Christianifidelium, qui fluctibus saeculi in Portum religiose vite

confugiunt, & vota sua Altissimo in Sanctitate, & iustitia assidue reddere satagunt, regimine, & Gubernio, ac Religionis incremento provide, prudenterque constituta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis nostri patrocinio, cum id a Nobis petitur, libenter confirmabimus.

S. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Bartholomaeus de Ribero Vicarius, & in Romana Curia Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, in Sacra Theologia Magister, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis, illiusque Diffinitorio die prima Junii anni proxime praeteriti 1686. a dilectis pariter filiis Magistro Generali, & Diffinitorio ejusdem Ordinis unanimi consensu edita, & promulgata fuerunt nonnulla Statuta, seu Decreta tenoris, qui sequitur, videlicet.

S. 2. Capiens Sanctum Diffinitorium majores in toto Ordine progressus literarum cum profectu legentium Philosophiam, & Sacram Theologiam, utilitatemque Discipulorum tamquam praecipuum fundamentum, & origo totius aedificationis Religionis, augmentumque ejus in spiritualibus, & temporalibus, inviolabili Constitutione, & statuto decernit, ut qui deinceps cursum lectionis operam daturi fuerint, ut Gradus Praesentatorum, & Magistrorum obtineant, indispensabiliter se exercent in officio Lectorum per spatium quindecim annorum, ita taliter, ut qui gradum Praesentati de iustitia obtenturi sint, prius se exercent in officio Lectoris per spatium octo annorum, quorum approbatio facta sit a Capitulo Provinciali suae Provinciae. Qui autem obtenturi fuerint gradum Magistri similiter de iustitia, ultra illos octo annos lectionis requisitos ad gradum Praesentati per alios septem annos, etiam a Capitulo Provinciali approbatos, in lectione se exercent. Decernens in praesenti Decreto non comprehendendi Patres Lectores qui actualiter legunt Sacram Theologiam.

Item circa praesentem materiam decernit Sanctum Diffinitorium, quod Patres lectores, qui per spatium praedictorum quindecim annorum Philosophiam, ac Sacram Theologiam legerint, si nondum gradum Praesentati obtulerint, fruantur titulo Lectorum jubilatorum, cum omnibus gratiis, exemptionibus, & praerogativis, quibus gaudent Patres Praesentati, excepto dumtaxat voto, & cum praecedentia in loco ad omnes illos, qui non sunt Praesentati de iustitia, tanquam si essent ultimi Praesentati de iustitia, & servata inter ipsos Lectores praecedentia secundum antiquitatem lectionis.

Praeterea quoniam magna experta sunt damna, & inconvenientia ex hoc, quod in Provinciis Ordinis eligantur suffragia vocem habitura in Capitulo Generali, eo praesertim si forte aliquis in Capitulo Provinciali impediri contingerit, decernit, & stricte praecipit hoc statuto Diffinitorium, ut in posterum nulla causa, colore, vel praetextu quovis, tale suffragium in aliqua Provincia eligi possit, nisi evidenter authentico, & fide digno Testimonio constet de legitimo impedimento illius qui ad talem vocem habendam in Capitulo Generali electus fuerat Capitulo Provinciali suae Provinciae, aliter autem

Decreta praedicta sunt infrequentia.

De Lectoribus.

De Vocalibus in Capitulo Gen.

sem factam praedictam electionem Sanctum Diffinitorium cassat, irritat, atque nullam fuisse declarat, & talem electum incapacem habendi vocem, seu suffragium in aliqua functione dicti Capituli.

De non Vocalibus.

Deinde considerans Sanctum Diffinitorium magna, & intolerabilia dispendia, quae sunt in Capitulis, tam Generalibus, quam Provincialibus causa Religiosorum, qui non vocati, nec de corpore sunt Capituli, nec functionem in ipso habent, & tamen in excessivo numero ad Capitulum concurrunt, praecipit sub poena excommunicationis majoris latae sententiae, trina canonica monitione de jure praemissa, ipso facto incurrenda, & sub poena privationis vocis activae, & passivae in perpetuum, quibus poenis, & censuris irremissibiliter punietur in eis incurrens, quod nullus Religiosus cujuscumque gradus, qualitatis, vel conditionis extiterit ire, vel intrare praesumat in Capitulum, vel Domum Capituli, nisi sit de corpore ipsius Capituli, vel de licentia Reverendissimi Patris Generalis, vel Vicarii Generalis totius Ordinis.

De Alternati- va.

Cum etiam pervenisset ad notitiam hujus Sancti Diffinitorii magnas subortas esse perturbationes in Provincia Italiae, ob non servatam, alternativam inter Fratres Italos, & Hispanos in provisione officiorum vacantium: resolutorie praecipit, ut in posterum indispensabiliter observetur praedicta alternativa, & concordia inter Italos, & Hispanos.

De Procuratore Gen. in Curia Romana.

Item cognoscens hoc Sanctum Diffinitorium quam multum conducatur bono communi Religionis, quod RR. PP. Vicarii Generales Italiae intersint Capitulis Generalibus, ut tanquam Procuratores Generales Ordinis in Curia Romana referant Diffinitorio Generali rationem certam, & statutum negotiorum pendendum in ipsa Curia, declarat, & decernit, quod in posterum Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana, qui vocatus accesserit ad Capitulum Generale etiam tantum sit insignitus gradu Praesentati, vocem, & suffragium habeat in Capitulo, tam quoad electionem Reverendissimi Magistri Generalis, quam ad omnes alias functiones Diffinitorii Generalis.

De Viscatoribus Indiarum.

Animadvertens etiam Sanctum Diffinitorium gravissima damna, & inconvenientia, quae sequuntur in Provinciis Indiarum, ex hoc quod RR. PP. Vicarii Generalis earum instituunt Visitatores Provinciarum, vel Conventuum Religiosos non Praesentatos, nec Magistros, & similiter ex eo, quod re non debita maturitate considerata, socios suos officii, & honoribus dictarum Provinciarum afficiunt, decernit, & praecipit RR. PP. Vicariis Generalibus Indiarum, quod in posterum non audeant, nec possint nominare, vel instituere Visitatorem aliquem, qui non sit adminus Praesentatus, nec conferre officium, vel honorem Religioso alicui, siue sit ejus socius, siue non, nisi post quinquennium completum a die adoptionis ejus in filium illius Provinciae, in qua officium, vel honorem, consequenturus sit.

De Vicariis Provincialibus.

Attendens Sanctum Diffinitorium gravia, & inconvenientia, quae possunt oriri ex eo quod RR. PP. Provinciales, qui a nostra Constitutione facultatem habent creandi Vicarios Provinciales suarum Provinciarum in casibus ibi expressis eligant ad hoc munus Religiosos non Ma-

gistros, nec Praesentatos: decernit, & praecipit dictis RR. PP. Provincialibus, quod in posterum in casibus Constitutionis non possint instituere Vicarium Provinciale eum qui ad minus non sit insignitus gradu Praesentati.

De Patre Ferdinando de Carvajal.

Considerans hoc Sanctum Diffinitorium, & tota attentione perpendens infatigabilem laborem, vigilantiam, industriam, & zelum R. P. M. Fr. Ferdinandi de Carvajal, & Rivera in promovendis causis Religionis in Curia Romana, dum in ea Procurator Generalis existeret, primo refert illi debitas gratias, deinde declarat, quod in virtute literarum Apostolicarum, quas impetravit etiam tale munus Procuratoris Generalis Curiae non obierit per totum tempus a nostra Sacra Constitutione praefixum, est, & manet Pater Provinciae Castellae cum omnibus honoribus, gratiis, exemptionibus, & praerogativis, quibus gaudet, & gaudere solent omnes dictae Provinciae Patres de Justitia.

De numero Lectorum.

Confirmat Sanctum Diffinitorium Decretum Capituli Generalis celebrati in Conventu Carraracensi anno 1676., in quo praecipitur, quod in Domibus, seu Conventibus studiorum non possint esse plures, quam tres Lectores Sacrae Theologiae in unoquoque, exceptis Conventibus Principatus Cathalonie, in quibus, quia pauci sunt ratione devastationis belli praeteriti, esse poterunt in unoquoque quatuor Lectores Sacrae Theologiae.

De Graduati- onibus ex Graecis.

Similiter confirmat Decretum ejusdem Capituli Generalis jam etiam confirmatum in Capitulo Generali proxime praeterito Oseae celebrato anno 1682. quo praecipitur ne possit admitti in aliqua Provincia gradus aliquis de gratia, nisi praevio rigoroso examine, & insuper decernit Sanctum Diffinitorium, quod PP. Magistri de gratia possint praecedere in locum sedendi Patres Praesentatos de iustitia, quin praesenti Decreto intelligatur comprehendi Patres Magistros de gratia, qui actualiter inventiuntur in possessione talis praecedentiae.

De Secretariis.

Ad obvianda inconvenientia, & tollendas de medio omnes confusiones, decernit Sanctum Diffinitorium, non posse RR. PP. Secretarios Reverendissimi P. N. Magistri Generalis frui exemptionibus ipsis assignatis, quin prius per spatium completi quinquennii dictum officium, exercuerint, & hoc sine praedictis eorum, qui usque nunc fuerunt Secretarii Generales.

De Provinciacibus.

Similiter decernit Sanctum Diffinitorium inviolabiliter observari, quae stabilita sunt in Capitulis Generalibus circa locum, quem debent habere PP. Secretarii RR. PP. Vicariorum Generalium Indiarum. Considerans tandem Sanctum Diffinitorium inconvenientia, quae oriuntur ex reassumptione officiorum, itaut Reverendi Patres Provinciales absoluti sint, & reeligantur Vicarii Provinciales, decernit, & praecipit, quod dicti Reverendi Patres Provinciales absoluti non possint reelegi ad officium Provincialis, etiam per renunciationem vacaverit, nisi transactis duobus trienniis.

De Magistris & Praesentatis.

Circa expressionem gratiarum, exemptionum, & praerogativarum, quibus frui, & gaudere debent Patres Magistri, & Praesentati remittit se Sanctum Diffinitorium Congregationi, ut supra numer. 6. erigenda ad dispositio-

Preces.

nendas, & ordinandas Sacras Congregationes.  
 §.3. Cum autem sicut eadem expositio sub-  
 jungebat, tam praefatus Bartholomaeus Procu-  
 rator Generalis, quam dicti Magister Generalis  
 & Diffinitorium, Decreta, seu Statuta hujusmodi  
 quo firmiter subsistant, & ferventur exactius,  
 Apostolica confirmationis nostrae robore com-  
 muniti summopere desiderent: Nos specialem  
 illis gratiam facere volentes, & eorum singula-  
 res personas a quibusvis excommunicationis,  
 suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis  
 sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab ho-  
 mine quavis occasione, vel causa latis, si quibus  
 quomodolibet innodata existunt, ad effectum  
 praesentium dumtaxat consequendum harum se-  
 rie absolventes, & absolutas fore censentes, sup-  
 plicationibus pro parte dicti Bartholomaei Pro-  
 curatoris Generalis, etiam eorundem Magistri  
 Generalis, & Diffinitorii nomine Nobis super  
 hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabili-  
 sum Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium  
 negotiis, & consultationibus Episcoporum, &  
 Regularium praepositorum consilio, praesentia  
 Statuta, seu Decreta cum omnibus, & singulis  
 in eis contentis, & expressis auctoritate Aposto-  
 lica tenore praesentium, confirmamus, & ap-  
 probamus, illisque inviolabilis Apostolicae fir-  
 mitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos  
 juris, & facti defectus, si qui desuper quomo-  
 dolibet intervenerint, supplemus; salva tamen  
 semper in praemissis auctoritate Congregationis  
 memoratorum Cardinalium.

Clausula.

§.4. Decernentes easdem praesentes literas  
 & Statuta, seu Decreta praesentia semper firma,  
 valida, & efficacia existere, & fore suosque ple-  
 narios, & integros effectus sortiri, & obtinere,  
 ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit,  
 in omnibus, & per omnia plenissime suffragari,  
 & ab illis respective inviolabiliter observari;  
 Sicque in praemissis per quoscumque Judices Or-  
 dinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii  
 Apostolici Auditores, judicari, & definiti de-  
 bere; ac irritum, & inane si secus super his a  
 quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-  
 ranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, &  
 Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus  
 sit, dicti Ordinis, aliisque quibusvis, etiam jura-  
 mento, confirmatione Apostolica, vel quavis  
 firmitate alia roboratis statutis, & consuetudi-  
 nibus; privilegiis quoque indultis, & Literis  
 Apostolicis in contrarium praemissorum quo-  
 modolibet concessis, confirmatis, & innovatis.  
 Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores  
 praesentibus pro plene, & sufficienter expressis,  
 ac insertis habentes, illis alias in suo robore per-  
 manfuris ad praemissorum effectum hac vice  
 dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,  
 ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut earundem praesen-  
 tium Literarum transumptis, seu exemplis,  
 etiam impressis manu alicujus Notarii publici  
 subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica Di-  
 gnitate constitutae munitis, eadem prorsus fides  
 tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum  
 habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus,  
 si forent exhibite, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem  
 sub Annulo Pif. die XV. Maji MDCLXXXVII.  
 Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

CLXXXVIII.

Confirmatur Erectio Universitatis Studii Gene-  
 ralis in Civitate Guatimala in Indiis Occi-  
 dentalibus.

Dat. 18. Junii 1687. An. 11.

De erectione Universitatis in Diocesi Chelmenfi vid.  
 Const. ed. 1684. Feb. 20. P. 8.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Suprema militantis Ecclesiae specula pasto-  
 rales vigilias super universum gregem Do-  
 mini cum cura nostrae divinitus commissum ju-  
 giter agentes, ac mentis nostrae aciem per om-  
 nes Christiani Orbis partes sollicitae circumfe-  
 rentes ad ea per quae Christi fidelium mentes,  
 depulsis ignorantiae tenebris, scientiae lumine  
 illustrantur, ac sacrarum, aliarumque bonarum  
 literarum studia, ad Ecclesiae, Reique publicae  
 decus, & praesidium promoventur, libenter in-  
 tendimus, munerisque nostri pastoralis partes  
 propensiori paternae charitatis benignitate in-  
 terponimus, sicut pia Orthodoxorum Regum,  
 de Ecclesia Dei multis nominibus optime meri-  
 torum vota exposcunt, & Nos locorum, tem-  
 porum, rerum, & personarum qualitatibus ma-  
 ture consideratis, ad omnipotentis Dei gloriam,  
 Catholicaeque fidei conservationem, & propa-  
 gationem, ac publicam, privatamque Christi-  
 fidelium utilitatem salubriter in Domino expe-  
 dire arbitramur.

Exordium.

§.1. Nuper siquidem pro parte charissimi in  
 Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis  
 Catholici Nobis expositum fuit, quod cum in  
 Civitate Guatimalae Regni novae Hispaniae in  
 Indiis Occidentalibus, de ejus Regio assensu, &  
 licentia una nova Studii Generalis Universitas  
 sub titulo, seu invocatione Sancti Caroli ad in-  
 star Universitatum Studiorum generalium Lim-  
 man., & Mexican. fundata, ac erecta, & insti-  
 tuta fuerit, ipse Carolus Rex provide confide-  
 rans quantum exinde utilitatis divino cultui, &  
 servitio, ac Catholicae fidei tuitioni, & propa-  
 gationi, communique, & privato, praesentium  
 illius Provinciae Incolarum subditorum suorum  
 bono sit accessurum, etiam Sacros Canones, &  
 Theologiam in eadem nova Universitate doceri,  
 & perlegi, ac facultatum hujusmodi studio-  
 sos, peractis studiorum suorum laboribus, con-  
 dignis graduum scholasticorum honoribus, &  
 praemiis decorari posse plurimum desideret.  
 Quare ejusdem Caroli Regis nomine fuit humi-  
 liter supplicatum, ut in praemissis opportune  
 providere, & ut infra indulgere de benignitate  
 Apostolica dignaremur.

Erectio dicitur Universitatis sub titulo S. Caroli.

Preces Caroli Regis Catholici.

§.2. Nos igitur laudabilia ipsius Caroli Re-  
 gis in Dei obsequium, Ecclesiaeque, & Reipub-  
 licae bonum studia plurimum in Domino com-  
 mendamus, piisque ejus postulatis favorabilem  
 assensum, quantum Nobis ex alto conceditur,  
 praebere cupientes, hujusmodi supplicationibus  
 inclinati, foundationem, ac erectionem, & insti-  
 tutionem dictae novae Universitatis Studii Gene-  
 ralis in praefata Civitate Guatimalae factas, ut  
 praefertur, cum omnibus, & singulis inde cate-  
 roqui legitime secutis, & sequentibus, itaut in  
 eadem nova Universitate, tam Sacri Canones,  
 & Theologia, quam aliae omnes scientiae, & fa-  
 cul-

Confirmatio erectionis d. Universitatis ad instar illarum Limanae & Mexican.

cultates perlegi, & doceri, in cisque studiosi,  
 imensis studiorum curriculum, ad quoscumque  
 gradus scholasticos, pro eorum meritis, & ido-  
 neitate, quemadmodum in supradictis Limana,  
 & Mexicana Universitatibus fieri consuevit  
 promoveri valeant, auctoritate Apostolica te-  
 nore praesentium confirmamus, & approbamus,  
 illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur  
 adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti,  
 ac solemnitatum in similibus, etiam de necessi-  
 tate observandarum, aliosve quoslibet, etiam  
 quantumvis formales, & substantiales defectus,  
 si qui in praemissis, vel eorum aliquo principaliter,  
 vel accessorie, aut alias quomodolibet in-  
 tervenerint, seu intervenisse dici, censer, vel  
 praetendi possent, plenissime & amplissime sup-  
 plemus, & sanamus, ac penitus, & omnino tol-  
 limus, & abolemus. Ac eidem novae Universi-  
 tati studii generalis sic a Nobis confirmatae, &  
 approbate, illiusque Reftori, Magistris, Do-  
 ctoribus, Lectoribus, Praeceptoribus, Scholari-  
 bus, Procuratoribus, Bidelis, Nunciis, ceteris-  
 que Officialibus, Ministris, & personis qui-  
 buscumque nunc, & pro tempore existentibus,  
 ut omnibus, & singulis privilegiis, indultis, li-  
 beratibus, immunitatibus, exemptionibus, fa-  
 voribus, gratiis, praerogativis, honoribus, &  
 praerogativis, quibus praefata Limana, & Me-  
 xicana studiorum generalium Universitates, il-  
 larumque Rectores, Magistri, Doctores, Lecto-  
 res, Praeceptores, Scholares, Procuratores, Bi-  
 delli, Nuncii, ceterique Officiales, & Ministri,  
 ac personae quaecumque respective, tam de jure,  
 & consuetudine, quam alias quomodolibet utun-  
 tur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti,  
 frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt in  
 futurum, non solum ad eorum instar, sed etiam  
 aequae principaliter & pariformiter in omnibus,  
 & per omnia uti, frui, potiri, & gaudere; Re-  
 ftori autem ipsius novae Universitatis pro tem-  
 pore existentis, ut illos, quos in eadem Universi-  
 tate per debitum tempus studuisse, ac scientia,  
 & moribus idoneos esse repererit in praefatis fa-  
 cultatibus, sive scientiis, quae in ipsa Universi-  
 tate docebantur, seu legentur, ad Baccalau-  
 laureatus, etiam Formati, Licentiatum, ac Do-  
 ctoratus, & Magisterii gradus servata tamen in  
 omnibus, & per omnia forma Decretorum  
 Viennensium, & Tridentini Conciliorum, quibus  
 in aliquo derogare non intendimus, & alias ju-  
 xta laudabiles supradictarum Limanae, & Mexi-  
 canae Universitatum ritus, & consuetudines  
 promovere, solitosque gradus hujusmodi eis  
 conferre, & exhibere; Ipsi vero ad eisdem gra-  
 dus per illum sic promotis, ut postea publice,  
 privatimque, etiam in aliis Universitatibus stu-  
 diorum generalium, facultates, sive scientias  
 praedictas respective alios docere, & interpreta-  
 ri, de eis disputare, aliosve actus quoscumque  
 eorum gradibus convenientes exercere libere,  
 & licite possint, & valeant respective auctori-  
 tate, & tenore praedictis concedimus; & indul-  
 gemus.

Eisdem tribuntur privilegia omnia praedictarum Universitatum.

Reftori conceditur conferendi gradus.

Graduatorum facultates.

Clausula.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas,  
 & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo,  
 quod quicumque in praemissis interesse habentes,  
 seu quomodolibet habere praetendentes, il-  
 lis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, &  
 & auditi, neque cause propter quas praesentes  
 emanarint, sufficienter adductae, verificatae, &

justificatae fuerint, aut ex alia qualibet, etiam  
 juridica pia, & privilegiata causa, colore, pra-  
 textu, & capite, etiam in corpore Juris clauso,  
 nullo unquam tempore de subreptionis, vel ob-  
 reptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis  
 nostrae, aut interesse habentium consensus, alio-  
 ve quolibet, etiam quantumvis formali, & sub-  
 stantiali defectu notari, impugnari, retractari,  
 infringi, ad terminos Juris reduci, seu in con-  
 troversiam vocari, aut adversus illas apositionis  
 oris, restitutionis in integrum, aliudve quod-  
 cumque juris, facti, vel gratiae remedium im-  
 petrari, vel intentari, seu impetrato, aut etiam  
 motu proprio, & de Apostolica potestatis plenitudine  
 concessio, vel emanato quempiam in  
 iudicio, vel extra illud uti, seu se jurare ullo  
 modo posse, sed ipsas praesentes literas semper  
 firmas, validas, & efficaces existere, & fore,  
 suosque plenarios, & integros effectus sortiri,  
 & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro  
 tempore spectabit, in omnibus, & per omnia  
 plenissime suffragari, & ab eis respective invio-  
 labiliter observari: sicque, & non aliter in pra-  
 missis per quoscumque Judices Ordinarios, &  
 Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici  
 Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de late-  
 re Legatos, & Apostolicae Sedis Nuncios, alios-  
 ve quoslibet quacumque praerogativa, & pote-  
 state fungentes, & functuros, sublata eis, &  
 eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & inter-  
 pretandi facultate, & auctoritate, judicari,  
 & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus  
 super his a quoquam quavis auctoritate scienter,  
 vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Apostolicis, ac in Uni-  
 versitatibus, Provincialibusque, & Synodalibus  
 Conciliis editis generalibus, vel specialibus Con-  
 stitutionibus, & Ordinationibus, nec non qui-  
 busvis etiam juramento, confirmatione Aposto-  
 lica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis,  
 & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis,  
 & literis Apostolicis quibusvis personis, & locis,  
 etiam specificis, & individua mentione dignis,  
 sub quibuscumque verborum tenoribus, & for-  
 mis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis,  
 derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissi-  
 mis, & insolitis clausulis, & decretis in genere,  
 vel in specie, & alias in contrarium praemisso-  
 rum concessis, ac etiam pluries confirmatis, ap-  
 probatis, & innovatis. Quibus omnibus, & sin-  
 gulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatio-  
 ne, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis,  
 specifica, & individua, non autem per clausulas  
 generales idem importantes mentio, seu quavis  
 alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita  
 forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi,  
 ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso,  
 & forma in illis tradita observata exprimeren-  
 tur, ac infererentur, praesentibus pro plene, &  
 sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis  
 alias in suo robore permanfuris, ad praemisso-  
 rum effectum hac vice dumtaxat specialiter, &  
 expresse derogamus, ceterisque contrariis qui-  
 buscumque.

§.5. Volumus autem, ut earundem praesen-  
 tium literarum transumptis, seu exemplis  
 etiam impressis manu alicujus Notarii publici  
 subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica di-  
 gnitate constitutae munitis, eadem prorsus fides  
 ubique locorum, tam in iudicio, quam extra il-  
 lud

Iud habeatur, quae ipsis presentibus haberetur, si fore exhibita, vel ostensa. Dat. Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XVIII. Junii MDCLXXXVII. Pontificatus nostri anno Undecimo.

CLXXXIX.

Prohibetur, ne extrahantur Libri Musicales ex Archivio Capellae Pontificiae.

Collegium Cantorum Capella erectum fuit a Sixto V. Const. ed. 1586. Sept. 1. Pont. 2. Et ab Alexan. VIII. Const. ed. 1690. Oct. 21. Pont. 2. edita fuere nonnullae Ordinationes circa Libros ejusdem Capellae.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM sicut dilectus filius modernus Magister Collegii Cantorum Pontificiae Nostrae Capellae Nobis nuper exponi fecit, occasione Inventarii Librorum Musicalium ad dictam Capellam spectantium, non ita pridem per ipsum confecti, plura dictorum Librorum folia, in quibus diversa Misarum primordia descripta erant, seu etiam in quibus figurae nonnullae assabre, & singulari artificio descriptae reperiebantur, ac forsitan integra Volumina ex Archivio, seu Custodia dictae Capellae in grave ejusdem praedicti temere sublata fuisse repertum fuerit: Nos ejusdem Capellae indemnitati, cuius cura strictiori jure, Nobis incumbit, ac dictorum Librorum conservacioni quantum cum Domino possumus benigne consulere, nec non ejusmodi malis in posterum occurrere volentes, ne de cetero quismam quavis auctoritate, vel superioritate, aut officio fungens libros Musicales, quinterniones, chartas, & alia folia quaecumque, sive impressa, sive manuscripta, tam haecenus in Archivio, seu Custodia hujusmodi pro servitio dictae Capellae collocata, donata, seu alias assignata, quam in posterum forsitan collocanda, donanda, & assignanda sub quovis quaevis colore, praetextu, ingenio, causa, ratione, & occasione, praeterquam ad effectum illos, seu illa ad supra dictam Capellam pro usu Cantorum praefatorum deferendi ex Archivio, seu Custodia hujusmodi extrahere, & asportare, seu ut extrahantur, & asportentur permittere, aut consentire audeat, seu praesumat sub excommunicationis latae sententiae per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrendis poenis Apostolica auctoritate tenore praesentium interdictimus, & prohibemus.

S. 1. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

S. 2. Volumus autem, ut praefato usu finito, Libri praedicti in Archivio, seu Custodia hujusmodi sub poenis supra dictis illico reponantur; utque praesentis prohibitionis exemplum valvis Archivii, & Custodiae hujusmodi, seu alio conspicuo loco, ubi ab omnibus cerni possit, continuo affixum remaneat.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XV. Oct. MDCLXXXVII. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

Conceditur Priori Generali Ord. Carthusien. facultas absolvendi in foro conscientiae etiam per alios suos Monachos a casibus reservatis in Bulla Coena Domini quoque contentis.

De alio privilegio hujus Ord. vid. Constit. ed. 1682. Sept. 11. P. 8.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Supremi Apostolatus Officium humilitati Nostrae divinitus commissum postulat, ut Religiosarum personarum, earumque praesertim, quae in agro sanctae solitudinis, cui benedixit Dominus, mundanis abjectis illecebris, devotum, ac sedulum exhibent Altissimo famulatum, paternam curam gerentes, ad eas peculiari muneris nostri partes intendamus, quae spirituali earum consolationi, quietique Religiose conducibilia fore in Domino arbitramur.

S. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Prior Generalis Ordinis Carthusien., quod in dicto Ordine semper bona fide creditum fuerit Priorem Generalem pro tempore existentem ipsius Ordinis ex privilegio plurium Summorum Pontificum, habere facultatem absolvendi personas sui Ordinis a quibuscumque excessibus etiam in literis Apostolicis, quae in die Coena Domini quotannis legi, seu promulgari consueverunt, eumque hanc facultatem alius subdelegare posse, quodque ita huc usque in eodem Ordine observatum fuerit; verum quia Congregatio particularis nonnullorum Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium a Nobis specialiter deputatorum, censuit dictum Priorem Generalem pro tempore existentem hujusmodi facultate uti non posse, & ab ea super hoc emanavit Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Monet Sacra Congregat. tam Reverendissimum Patrem, quam reliquos Superiores, & Monachos Ordinis, ipsos in vim Privilegiorum haecenus Ordini Carthusianorum concessorum, nullatenus posse absolvere a casibus in Coena Domini, & aliis Papa reservatis, proindeque supplicandum Sanctissimo pro necessaria facultate concedenda Reverendissimo Patri pro tempore existenti, etiam cum facultate subdelegandi, & cum specifica derogatione dictae Bullae, nec non cum clausula, quod non censetur per annum promulgationem dictae Bullae revocatum hujusmodi Indultum, nisi facta specifica mentione Carthusianorum &c.

Die 29. Maji 1687. -- Sanctissimus Dominus Noster, audita relatione &c. Oratoris precibus benigne annuit. Romae &c. -- G. Cardinalis Carpineus -- B. Brancatius Secretarius. -- Nobis propterea dictus Modernus Prior Generalis humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

S. 2. Nos igitur, qui audita relatione Congregationis hujusmodi petitis dicti moderni Prioris Generalis dudum annuendum duximus, eundem Priorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis

Causa prohibitionis.

Prohibitio sub poena excommunicationis latae sententiae.

Clausula.

Dat. 18. Oct. 1687. An. 12.

Exordium.

Species facti.

Decretum Congregationis particularis.

Approbatio Pontifici re-lati Decreti.

Preces Prioris Generalis.

nis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem moderno, & pro tempore existenti Priori Generali ordinario praefato, & per se, vel alium, seu alios, quos ad id subdelegandos duxerit, dicti Ordinis personas ab omnibus excommunicationis, suspensionis, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris a jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflictis, nec non ab omnibus eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, ac casibus etiam per Literas Apostolicas in die Coena Domini legi, & promulgari solitas, aut alias quascumque nostras, & Romanorum Pontificum Constitutiones quomodocumque Nobis, & Sedi Apostolicae reservatis, poenitentiae salutari, & aliis, quae injungenda fuerint, eis injunctis, in foro conscientiae tantum absolvere, & liberare valeat, perpetuis futuris temporibus, facultatem concedimus, & impartimus.

Concessio praedictae facultatis.

S. 3. Decernentes praesentes literas perpetuo firmas, validas, & efficaces esse, & fore, itaut illae per annum promulgationem dictarum Literarum Apostolicarum in die Coena Domini publicari solitarum numquam revocatae censeantur, aut censei possint, vel debeant, nisi facta specifica mentione Carthusianorum.

S. 4. Non obstantibus praefatis in die Coena Domini legi solitis Literis, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, quibus omnibus, & singulis illarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, harum serie ad praemissorum effectum tantum, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XVIII. Oct. MDCLXXXVII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

CXCI.

Damnatur Propositiones, & Libri omnes, ac Manuscripta Michaelis de Molinos.

Plurimae aliae propositiones damnatae fuerunt Constit. ed. 1679. Mar. 4. P. 3. Et Inn. XII. Constit. ed. 1699. Mar. 12. P. 8. extat damnatio cujusdam libri gallici.

INNOCENTIUS EPISCOPUS EPISCOPORUM

Ser. Serv. Dei Ad perpetuam rei mem.

Alestin Pastor Christus Dominus, ut jacentem in tenebris mundum, variisque Gentium erroribus involutum a potestate Diaboli, sub qua misere post lapsum primi nostri Parentis tenebatur, sua ineffabili miseratione liberaret, Carnem fumere, & in ligno Crucis Chirographo Redemptionis nostrae affixo in testimonium suae in nos charitatis se se Hostiam viventem Deo pro Nobis offerre dignatus est, mox rediturus in Caelum Ecclesiam Catholicam sponfam suam tanquam novam Civitatem Sanctam Hierusa-

Exordium.

lem descendentem de Caelo non habentem rugam, neque maculam, unam, sanctam in terris relinquens, armis potentiae suae contra Portas Inferi circumvallatam, Petro Apostolorum Principi, & Successoribus ejus regendam tradidit, ut Doctrinam ab ipsius ore hauritam sanctam, testamque custodirent; ne oves pretioso suo Sanguine redemptae pravarum opinionum, pabulo in antiquos errores reciderent, quod praecipue B. Petro mandasse Nos sacrae Literae docent; cui enim Apostolorum, nisi Petro dixit, Pasce oves meas, & rursus, Ego rogavi pro te, ut non desiciat fides tua, & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos? Quare Nobis qui non nostris meritis, sed inscrutabili Dei Omnipotentis consilio in ejusdem Petri Cathedra pari potestate sedemus semper firmum in animo fuit, ut Populus Christianus eam sectaretur fidem, quae Christo Domino per Apostolos suos perpetua, & nunquam interrupta traditione praedicata fuit, quamque ipse usque ad Saeculi consummationem permansuram esse promisit.

S. 1. Cum igitur ad Apostolatum nostrum relatum fuisset quemdam Michaellem de Molinos prava dogmata tum verbo, tum scripto docuisse, & in praxim deduxisse, quae praetextu Orationis quietis contra doctrinam, & usum a Sanctis Patribus ab ipsis nascentis Ecclesiae primordiis receptum, Fideles a vera Religione, & a Christiana pietatis puritate in maximos errores, & turpissima quaeque inducebant: Nos, cui cordi semper fuit, ut fidelium animae Nobis ex alto commissa purgatis pravarum opinionum erroribus ad optatum salutis portum tuto pervenire possint, legitimis praecedentibus indicis praedictum Michaellem de Molinos carceribus mancipari mandavimus, deinde coram Nobis, & Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus Apostolica auctoritate specialiter deputatis, auditis pluribus in Sacra Theologia Magistris, eorumque suffragiis tum in voce, tum scripto susceptis, matureque perpensis, implorata etiam S. Spiritus assistentia, cum praedictorum Fratrum nostrorum unanimi voto ad damnationem infrascriptarum Propositionum ejusdem Michaelis de Molinos, a quo fuerant pro suis recognita, & de quibus Propositionibus tanquam a se dictatis, scriptis, communicatis, & creditis ipse convictus, & respective confessus fuerat, ut latius in processu, & Decreto de mandato nostro lato die 28. Augusti praesentis anni 1687. devenire, ut infra decrevimus.

Species facti.

PROPOSITIONES.

- 1. Oportet Hominem sibi potentias annihilare. Et haec est via interna.
2. Velle operari active, est Deum offendere; qui vult esse ipse solus agens; & ideo opus est, se ipsum in Deo totum, & totaliter derelinquere, & postea permanere velut corpus exanime.
3. Vota de aliquo faciendo sunt perfectionis impeditiva.
4. Activitas naturalis est gratiae inimica, impeditque Dei operationes, & veram perfectionem, quia Deus operari vult in Nobis, sine Nobis.
5. Nihil operando anima se annihilat, & ad suum

K k k suum